



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

3. Dies Decemb. Vix germinat granum Virtutis, sine palea vanitatis.  
Gerson, collat. pro licent.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Decemb.

Tessera.

965

& salus. Tametsi duo, sufficimus. Si delectent turbæ, nos duo turba sumus, sed sine turbine. Iterum ergo : Ecce ego. Habes, qui te sequatur; habes, & qui in omnibus obsequatur. Ecce ego; cui pati pro te mala omnia, non tantum est votum, sed summa votorum. Mue me vel ad mundi extremum; etiam illic libenter emittam extremum spiritum? Mitte me, & è vestigio, cuiuscunque rei mein circulo meo retardasti, nuntium remittam. Mitte me, ubi sol torret; frigus urit, Aquilo sævit. Quid timeam, ubi meo non tantum ades lateri, sed ines pectori? Mitte me, ut intelligat posteritas, quid Deus potuerit Xaverio milite : quid Xaverius Deo Duce. Exauditus fuit Xaxerius pro sua in Deum fiducia, & paucis annis Regna sexaginta sex per sola in Japoniam explicata, fuerunt Xaverianæ virtutis palæstra, certaminis arena. Cæsar auspiciis undecies centena millia militum cæsa dicuntur : Xaverii unius manu suprà duodecies centena millia, à primordialis criminis morte ad vitam sunt revocati. Ut videoas quanto major Cæsare Xaverius; quid pluribus, ut viverent, concessit, quam Cæsar, ut morearentur, coagit. Sed latis est de Herœ, de quo nunquam satis.

Xaveriana satis vox, solum est nota beatis.

### 3. DIES DECEMB.

Vix germinat granum Virtutis, sine palea vanitatis.

Gerson. collat. pro licent.

Gloria I. In hoc mundo, velut in inculto agro  
Dei in omnibus parum es tritici, multum zizanii. Si  
quærenda. crescat granum Virtutis; miscetur &  
palea vanitatis. Denique in hoc sa-

Ppp 3 culo

966            *Christiani Militis*      Decemb.  
culo omnia vitiorum sunt plena , virtutum inanis,  
Nullus est vultus,in quo non sit nævus; nulla frons,  
in quâ non sit ruga ; nulla chlamys in quâ non si-  
plica; nulla purpura,in qua non sit tinea. (a) Den-  
que cùm Virtutibus vitia sint affinia; nisi illa per-  
mantur, perimunt nos. Nullus igitur , hîc per-  
fetus; nisi ille, de quo Christus : *Estote perfecti, sicut*  
*& Pater vester cœlestis perfectus est.* Unde benè D.  
Hieronymus: (b) *Cunctorū in carne justorum impos-*  
*ita perfectio est.* Assentitur D. Augustinus : *Illa pa-*  
*fectio est, invenisse se non esse perfectum.* Ut igitur is,  
quantum vales in hâc vitâ mortali inter mondes  
perfectus; sit tibi omnium omittendorum causa, &  
agendorum regula ; sola solius Dei , major gloria.  
Hanc quantò studiosius expertis; tantò te magis per-  
ficiis. Bonum omne , quod habuimus quandam ;  
quod habemus modò ; & habituri sumus olim, sed  
debemus Dei Gloriæ: videlicet , quod simus, quod  
homines simus; quod redempti; quod beatitudinis  
capaces. Quia omnia operatus est Deus propter glori-  
am suam. Deus in omnibus semper impensilius  
studuit honori hominis.

II. Primò, honoravit eum suâ Potentia, creando  
suis manibus ; tibi reliqua cteavit solo vocis impero  
officiosus in hominem , antequam adhuc esset. He-  
noravit eum suâ Prudentiâ , prospicio ei de  
magnifico hîc in terris hospitio; posteà excellen-  
tissimo in cœlis domicilio. Deinde copiosè ei providit  
de escâ , dum illi in alimento tribuerit quidquid  
animalium vel natat in æquore; vel volat in aëre, vel  
repit per terram. Honoravit eum suâ munificentia,

(a) *Matth. 5.* (b) *Serm. 5.*

Decemb.

Tessera.

967

mittendo è suo Regno , qui illi administraret, tutelarem genium; qui, ut unus ex honorariis Dei in ejus aulâ Palatinis, semper videt faciem ejus. Hunc voluit illi semper esse à latere , ut ab omni conservaret discrimine. Honoravit illum suâ Misericordiâ , perditum redimendo; eumque extollendo super id omne, quod humanum est , videlicet ad naturæ suæ consortium ; ac deinde ad gloriæ suæ solium. Honoravit illum Liberalitate suâ , promittendo pro quolibet etiam levissimo opere, totum suum Regnum totâ aeternitate possidendum. Honoravit illum suâ Bonitatem, ante omne tempus , hoc est, quâmiduie fuit Deus, diligendo. Cùm sic Deus hominem honoraverit , nónne meritò hîc dixeris cum Prophetâ Regio ? (a. *Nimis honorificati sunt amici tui Dens?*)

III. Augebis gloriam Dei, contemptu tui : quantum te humiliaveris , tantum eum exaltabis. Quod clarius Deum cognoveris, eò te profundiùs illi submittes, & ardentius ejus præcepta admittes. Potest Dei cognitione augeri in infinitum : sic & tui aspernatione; quia infinitum es despabilis. Cognoscendo tuam ignominiam, vestigabis Dei gloriam, propter quam unam creatus es. Arbor simul mittit deorsum radices, & sursum ramos ; quo per terram serpit profundiùs, eò se supra terram erigit excelsius : ita mens tua erigitur super id omne , quod est mortale, si te depressoſis infra omnes mortales. Omnis gloria tuorum operum ad illum referatur, à quo accepisti potestatem operandi. Ille superfluit, & otiosus est in mundo, qui honorem Dei non

Ppp 4

quærit.

(a) *Psal. 138. 7.*

968      *Christiani Militis*      Decemb.  
quærit. Omnia utilitatem sumunt ex fine; si à fine  
declinant, sunt prorsus inutilia. Si ut te calefacias,  
malleum accipias; non solum ad hoc erit inutilis, sed  
& tu ridiculus. Si sumas ignem ad lœvigandam tabu-  
lam res præ omnibus utilissima, jam non erit unde  
imò, non tantùm inde nullum referes fructum, sed  
damnum: comburet, & destruet, quod volebas per-  
ficere. Omnim̄ artium iuſtrumenta, præter suum  
finem, ad quem sunt facta; sunt vana, & supervac-  
nea: sic homo, qui non refert sua omnia ad gloriam  
debitam soli Deo, est supervacaneus in mundo. A  
granis, quæ seminasti, expectas copiosam messem:  
vite, quam plantasti, expectas uyas; ab arbore, quæ  
stercorasti, expectas fructus; cur inter tua, vis solita  
non esse utilis tibi? Qui spretā Dei gloria, se, & sim-  
jactat, veneno se lactat.

#### 4. DIES DECEMBRIS.

In his, quæ de Deo dicuntur; hæc maxima est scientia  
ignorantiam fateri. *S. Cyrilus Hierosolym. cat. lib.*

Deus in- I.  
compre-  
hensibilis,  
& ideo  
amabilis.

**S**inistra de Deo ignorantia, dum  
illam fatemur, sit maxima de Deo  
scientia; quid nos cæcūtientes su-  
per terram noctuꝝ, sub terra tal-  
pæ, volumus hebetem ingeniolı nostri aciem con-  
vertere ad fulgorem æternæ Majestatis; cuius inu-  
tu perspicacissimæ illæ in cælis aquilæ perstringuntur,  
ut clausis oculis obnubere vultū compellantur? Sed  
inaccessam Dei amplitudinem nemo aptius exponet,  
quam Auctor hodiernæ tesserae: (a) *Magnus erat*  
*Abraham, sed magnus respectu hominum;* cum autem

(a) *S. Cyrilus supra.*